
C. G. HEYNII
EPISTOLA
AD
V. CL. THO. CHR. TYCHSEN,
HOLSATVM.
OBITER CONSILIA
DE
NOVA HOMERI EDITIONE
AGITANTVR.

Cum Tu nunc abiturus sis, amantissime Tychsen, ex disciplina nostra nostrarumque Musarum contubernio, in quo, profectus huc Kilonio, quatuor annos ita exegisti, ut in interiorum cum his Musis familiaritatem, si quis alius ex Tuis commilitonibus, qui Sodalitii philologici necessitudine hac Tecum erant coniuncti, Te insinuaret, utque nunc quoque sub ipsum discessum Tuum doctrinae Tuae specimen proponeres haud vulgare: videor recte hoc putare ad officium meum pertinere, ut, cum in paucis Te dilexerim, nunc quoque discedentem Te hoc tanquam propemptico prosequar, ut et Tu amoris mei habeas pignus, ego autem iudicii mei documentum hoc publice proponam. Nisi enim me fallunt omnia, Tu eris in eorum numero, quorum memoria